

- 1) *Quinquennales*. — 2) *Denarii quinque*. — 3) *Nostra*. — 4) *Numero*. —  
 5) Cf. *Cato re r. 121*; *Iuvenal. 6, 202*. — 6) Cf. *vit. Hadr. 1, 5*. — 7) Cf. *supra N. 5186* not. 4. — 8) *Supplevit Hirschfeld* (cf. *Marquardt Privatl. p. 208. 210*). —  
 9) Cf. *supra N. 518 not. 4*.

**7215** ob merita | Claudiæ Hedones et memori|am Ti. Claudi Himeri  
 fili eius | cultores Herculis universi iu|rati per I. o. m. Geniumque imp. |  
 Caesaris Nervae Traiani Aug. | Ger. ita censuerunt: | placere sibi poste-  
 risque suis, | uti quodannis in perpetuum | VI idus Febr. natale Ti. Clau|di  
 Himeri colerent vesce|renturque in templo Her|culis; quod si ita non | fe-  
 cissent, tunc eo an|no quo cessatum fuisset, | bi cultores Herculis qui |  
 in titulo marmoreo scri|pti sunt posterique eorum | inferrent cultoribus |  
 imaginum Caesaris n., qui | sunt in vico strament. annuos SII CC n. |  
 Item . . . . . | mat. (*reliqua non prescripta. Supra patera, simpulum, clava*  
*Herculis; infra culter et crater*).

Prope S. Omèro in Piceno, ad ecclesiam S. Mariae a Vico, agri fortasse Ascu-  
 lani vel Truentini (Eph. ep. 8, 210 = *Notizie degli scavi 1885 p. 167 vidit Barnabei*).

**Acta de tollendo collegio funeraticio.**

**7215<sup>a</sup>** Descriptum et recognitum factum ex libello qui propositus |  
 erat Alb.<sup>1</sup> maiori ad statione<sup>2</sup> Resculi, in quo scriptum erat | id quod<sup>3</sup>  
 i. s.<sup>4</sup> est: |

Artemidorus Apolloni, magister collegi Iovis Cernenii, et || Valerius  
 Niconis et Offas Menofili questores collegi eiusdem, posito hoc libello  
 publice testantur: | ex collegio<sup>5</sup> s. s.<sup>6</sup>, ubi erant ho[m.] LIII, ex eis non  
 plus | remasisse ad Alb., quam quot h.<sup>7</sup> XVII; Iulium Iuli quoque, |  
 commagistrum suum, ex die magisteri sui non accessisse | ad Alburnum,  
 neq. in collegio; seque eis, qui pre|sentes fuerunt, rationem redde disse,  
 et si quit | eorum abuerat<sup>8</sup>, redde disset sive funeribus || et cautionem  
 suam, in qua eis caverat, recepisset; | modoque autem neque funeraticis  
 sufficerent | neque loculum aberet<sup>9</sup>, neque quisquam tam magno | tem-  
 pore diebus, quibus legi continetur, convenire | voluerint aut conferre  
 funeraticia sive munera: |

seque i[d]circo per hunc libellum publice testantur, | ut, si quis de-  
 functus fuerit, ne putet se colle|gium abere aut ab eis aliquem petitio|nem  
 funeris abiturum. ||

Propositus Alb. maiori, V idus Febr. imp. L. Aur. Vero III | et  
 Quadrato cos.<sup>10</sup> | Act. Alb. maiori.

*Triptychum ligneum (tabellæ tres ligneæ quæ libellum officiebant paginarum  
 sex, quarum quattuor, secunda ad quintam, cera illata et stilo scriptæ), rep. in  
 aurifodinis antiquis prope Verespatak, ubi vicum Alburnum Daciee fuisse ex hoc  
 altisque similibus triptychis appareat (III p. 924—927 cum imaginibus; vidit Zange-  
 meister). Illeptivi libelli paginas 2 et 3, quæ filo fuerunt clausæ (exemplum in-  
 terius); ab his vix differt id quod scriptum est in paginis 4 et 5 (ex. II); nisi quod*